

DIALOGVS OCTAVVS DE IVSTO. MARCELLI PICINI AROVMENTVM.

Socrates perfectam reipublicam formam septem iam dialogis absolutam, septenario Pallada numero consecratam. Eamque tum regiam, tum optimam appellat gubernationem. Optimam quidem, quoniam in ea plures virtute preclari publici funguntur muneribus, Senationeque consistunt. Regiam vero, quoniam una omnium ad publicum bonum est voluntas, una mens quasi regina, & si quis inter eos probitate est singularis singulariter honoratur. Neque tamen huic tantum tribuitur, ut abique Senatu, id est, probatorum omnium numero possit publicae permittatur, quoniam post optimam & beatam reipublicae formam in mediam inferiorem adducere. Nam autem numerat quatuor, Primam quidem esse iuste eam, in qua optima mox degeat, quam nominat ambitiosam. Secundam vero potentiam paucorum ex ambitiosa nascentem. Tertiam popularem ab hac procedentem. Quartam postremam tyrannidem ex populari principie pululantem. Quoniam vero rerum publicarum formae a formis proveniunt animorum, quinque deinceps animorum affectus & habitus, totidemque civitatum & similes esse similiter nominatos mira quadam arte describit, summamque queregrum animorum optimum esse concludit atque beatissimam, & similem similiter civitatem. Tyrannicam vero pessimam atque miserissimam. Civitates quoque a tyrannia oppressas, pessimam similiter atque miserissimas. Medios autem animos gubernationisque medias modo quodam modo se habere concludit. Ex omnibus his apparet quam permittit tam in civitate quam in animo sit iustitia, & virtutisque iustitia quam salutaris. Virtute autem permittationes tam animorum quam civitatum ex aliis formis in alias mirabilis explicat diligentia. Praecipue vero iustitiam sine argenteam, sine ferream, ab alio duci exordium fingit. Quae iustitiam ad iustitiam oraculum effundentes, sine potius confidentes. Profecto si beata reipublica propria despectu in deteriorem labi non potest, & tamen quandoque labitur, communi quodam despectu & causa labitur. Quae quidem in ve Aristotelis as videtur licet calamitas. Neque enim debuit Aristoteles in quinto Politicorum a Platone suo, imò usquam suo, propriam beata reipublica permittenda exigere causam, quam nullo modo sit propria, sed communi debuit esse contraria. Quomodo enim cum bono & validissimum & separabilissimum, sic & eiusmodi civitas non tam propria quam communi causa morbi laborat, id est, fatali quodam ordine a per calescentes circuitus qui in ea bonam sunt, perpetuo se voluente, ut quae certis sibi a tyrannia essentiationibus temporumque curvulis composita sunt, quandoque dissiuantur aduersus. Quoniam vero eiusmodi causa assignatio presentis civilitatis facultatis terminos procul excedit, ideo Socrates ratiocinatio iustitiam virtutis. & profecto ita virtutis, ut & nobis ad hanc interpretanda opus sit. Apollinis ratiocinatio. Nec immerito Tallius ubi rem esse obscurissimam brevitatem vult exprimeret, id inquit numero Platonis obscuritas. Neque minor Theonem Smyrnaeum mathematica in primis Platonicae professoris eiusmodi mysterium tanquam inexplicabile allatit praetermississe. Quod quidem tam bichibus Calcidem dum explicare voluit, implicite videtur. Quid vero si in eiusmodi verbis plus difficultatis sit quam ponderis. Quippe quum & ipse fingat iustitiam troica quadam tumiditate nuganter perterrensque animum puerilem atque simplicem, superantemque adducentes. Denique quaecumque id sit opportunius ex commentariis in Timaeum expositionem nostram accipies. Ceterum mortalibus hac praecipua considera. Impossibile est diuitias honorari in civitate simul atque virtutem. Item tradere diuitiorum reipublicae gubernacula perinde est ac si navis non perituros in nauigando, sed locupletiores gubernanda tradatur. Nempe & haec illa periclitabitur. Rufus custos contra omnia vitia iustissimus est scientia. Praeterea contrarij vniuersum summum, alterius est principium, itaque extrema libertatis licentia, extrema seruitutis est principium, sicut in qualitate, rerumque & temporum excessus omnis veris protinus in contrarium consequitur. Idem in epistolis ait, moderatam probans ante omnia libertatem.

Et inquam, consistit equidem inter nos, o Glauco, in civitate optimè instituta communes esse debere mulieres & filios. Communem quoque omnem eruditionem. Communia similiter omnia, tum belli, tum pacis officia. Reges autem ipsorum esse homines debere in philosophia & rei militaris studio praestantissimos. Constat planè. Quin & haec concessimus, quod scilicet cum tales principes iam fuerint constituti, in expeditionem cunctis, habitationes militibus quales praediximus, assignabunt, communes scilicet omnibus, in quibus nihil cuiusquam sit proprium. Neque de habitatione solum, verum etiam de suppellectili & possessionibus, si recordaris quales debeant esse, convenimus. Memini equidem, inquit, censuisse nos nihil eorum quae nunc possident, alij, esse ab aliquo possidendum, sed tanquam belli athletas atque cultores in mercedem custodiam annua ab aliis alimentis suscipientes, eos oportere & sese & civitatem tueri. Probe, inquam. Sed postquam haec absoluissem, repetam usiam vnde hac digressi sumus, vt per eadem rursus proficiscamur. Haudquaquam difficile istud, ferè enim quemadmodum nunc, quasi de civitate factis egisses, adieisti, quod talem civitatem bonam vocares, qualem descriperas, bonumque virum quicumque illius foret per similes, cum posses adhuc, vt apparuit, meliorem civitatem virumque referre. Dixisti praeterea si haec recta sit reipublica, ceteras aberrare. Reliquarum vero rerum publicarum, vt memini, species esse quatuor, de quibus verba facere oporteret, earumque defectus inspicere, & homines ipsarum similes declarare: vt eos omnes intui, & quis optimus sit vir, quis pessimus declarantes, consideremus nunquid vir optimus felicissimus, pessimus autem sit miserissimus, & res aliter habeat. Cum vero abs te ipse quaererem quas possimum quatuor reipublicas dices, tunc sanè Polemarchus & Adimantus mihi sermonem interruperunt, vnde tu oratione sumens huc denique peruenisti. Redde admodum meministi. Ergo rursus tanquam luctator eandem anam praebe, & me idem interrogare, conare nunc ea dicere, quae tunc eras declaraturus. Si quidem poterò. Equidem audire percipio, quàmnam reipublicas quatuor supra dicebas. Haud difficile istud audies. Sunt enim quas dico, ille quae & nomina habent, ipsa videlicet quae a multis laudatur Cretensis & Laconica. Secunda vero de secundo loco laudata ea quae paucorum potentia nominatur, plurimum plena malis ferunt. Item quae ab hac differt plurimum, eamque sequitur, gubernatio popularis. Praeterea generosa tyrannia, ab his omnibus differens, quartus civitatis extremusque morbus. An alià habes reipublicam, quae in perspicua & distincta quadà ratione sit sita? Nam & minores quidam principatus, & regna venalia, & tales quaedam civiles potentiae inter haec quodammodo mediè obiectae. Quarum non pauciores inter Barbaros quam inter Graecos reperiantur. Multae certè, & absurdae memorantur. Toridae quoque sunt hominum quodammodo species atque mores. An ex quercu forte existimas, aut ex petra resp. fieri potius, quam civium mortibus, qui quocumque fluxerint, cetera secum rapiunt? Ex moribus proculdubio. Quare si gubernationis species quinquae sunt, privatorum quoque animorum affectus quinque erunt. Nil obstat. Virum certè simile optimarum gubernationi vidimus, què bonum, & iustum rectè asserimus.

mus. Vidimus. Deteriores deinceps narrare decet, contentiosum ambitiosumque hominè secundò Lacedaemoniorum tempore institutū: praeterea paucorum imperij cupidum, & popularem hominem, & tyrannicūve inultissimum discernentes, cum iustissimo cōparemus, perfectèque dignoscamus, quomodo summa meraj iustitia ad summam fe ac memram iniustitia habeat, quò ad hominis iusti, vel iniusti beatitudinem, vel miseriam pertinet: vt vel Thirasy macho obtemperantes, iniustitia prosequamur, vel praesentibus rationibus persuasi, iustitiam. Ita profus agendum. Num sicuti coepimus antè in rebus publicis, mores animaduertere quam in priuatis personis, quia illic magis pateant, ita & nunc in primis consideranda est ambitiosa reipubli. cuius nullum habe o nomen preter ambitiosam potentia, & principatum post eam vero virum talem considerabimus: deinde paucorum potentia, talèque virum postea multitudinis gubernationem, & hominem popularem: demum tyrannide prelam civitatem considerantes, & inde tyrannicum cognoscens animò, conabimur ea quae propulsimus, sufficienter diiudicare? Rectè in hunc modum inspectio iudiciumque procedet. Age itaque, explicare conemur, quo pacto ambitiosum imperium ex optimarum gubernatione nascatur. Quin hoc simpliciter verò est, omnem reipub. ex eo quod dominatur, mutari, quando in ipso sedicio oritur: dum verò secum ipsum cōsentit, etià si valde exiguum sit, mutari impossibile est. Elstia. At verò quomam pacto, o Glauco, civitas haec nostra à suo statu mouebitur? principes, & defensores iniucè, & inter fe dissidubunt? An vis, imitantes Homerum, Musas occidens, vt nobis explicent, qua ratione sedicio primū incidat? Dicam igitur ipsas tragicorū ritu, nobiscum veluti pueris iocantes nugatèque ita loqui, vt dum nugantur, serò agant, magnumque liquidè dantur. Quomam pacto? Ita ferè. Difficile verum est ita constitutè civitatè à suo statu moueri. Verum cum omne quod genitum est, corruptioni sit obnoxium, talis etià constitutio semper manere non poterit, sed soluetur. Solutio verò haec est non solum circa plantas, sed terrena etià animalia, fertilitas, & sterilitas animae, corporumque contingit, quando reuolutiones singulis circuloꝝ conuincunt ambitus: his quidem quae breuis sunt xui, ambitus breuiores, contrariis vero contrarios. Illi verò quos ad civitatis gubernationem educauit, quibus sapientes fuerint, nihilò magis vestigi generis vel secundae vel sterile generatione, ratione vna cum sensu assequantur, sed latebit eos opportunis fuerit, gignendis illis operà dabūt. Est autem ei quod diuinitus generadum est circuitus, quem numerus cōtinet perfectus. Humane verò generis est vtique, in quo primo augmentationes superant, & superate tres distant, atque quatuor terminos accipientes, simulantium, & dissimulantium, & crescentium, & decrecentium, eundem correspondètia, & comparabilia iniucè esse certū, quorū sequitur radix quinario cōiuncta duas harmonias praebet ter aucta. Vnà quidem aequalem aequaliter, centū centies. Alteram vero aequalem quidem longitudinis, sed oblongioris, centum quidem numerorum ex diametris comparabilibus iniucè quinarj, indigentibus vno ex singulis, duobus vero qui iniucem dici nequeant, centum vero cuborum trinitatis ipsius. Vniuersus autem haec numerus & geometricus talem autoritatè ha-

bens ad potiorem deteriorèque generationem vim habet. Quod si civitas vestrae custodes ignorauerint, nec oportuno in tempore ipsas sponis conuincant, haudquaquam ingeniosi felicidne pueri nati nascetur. A licet maiores ipsi eos constituant principes qui inter illos praestatores fuerint: tamen quia indigni erūt pacem succellione, in ipsis magistratibus subiectos negligunt, neque iustitiam curam vt decet habebunt, neque gymnasticæ, vnde iuuenes nimis erunt à musica alieni. Ex his autem principes constitutur nō admodum ad custodiam idonei: & ad examinandū genera illa quae apud Hesioidū, & quae apud nos referuntur, aureū scilicet genus, argenteum, & aeneum atque ferreum. Quonia verò mixtum erit argento ferrū, & aeneo, dissimilitudo & inaequalitas discors exorietur. Quae vbi que nascitur, bellū semper & inimicitias pariat. Genus autè huiusmodi hominū vbi cunq; adest, semper seditionibus agitator. Rectè inquit, admodum respondere illis dicemus. Necessè enim in quæ, cum Musæ sunt. Quid verò post hoc Musæ dicet? Postquam orta sedicio fuerit, vtraque genera ferretur, ferreum quidè & aeneum ad quæritum, agrorumque & domorū possessione, aurique & argenti copiam. Quod verò inest aureum, & argenteum, quasi non inest, sed opulenta naruta, ad virtutem statumque primum pugnantia, verò iniucem & in contraria retrahit in medium tandem conuenient, vt diuisi agris & domibus priuatum quemque possident, ceteri verò qui ante ab eis seruabantur tanquam liberi amici, & nutritores in seruitutem redigantur, & velut subditi atque serui, belli custodiae ipsorū curā gerere compellantur. Hinc inquit, & mihi certè videtur mutatio haec accidere. Hæc vtiq; gubernatio inter optimates, & paucorum potentiam erit media. Erat certè. Mutabitur quidem ita. Cum vero in id fuerit permutata, què potissimum gubernationis modis seruitur. Vel conlat quod partim priorè reipublica imitabitur, partim paucorū potentiam, vt pote quae in medio locata est, partim etiam quiddam sui proprium obtinebit. Ita profus. Et priorè quidem imitabitur in eo quod principes honorabuntur, & milites, ab agricultura mechaniceque artibus, & aliis quæ sitibus abstinebūt, & cōmunia, fiet conuiuia, gymnasticæ ludij, & belli ceteramina frequentabuntur. Profecto. Sui autem ipsius propria talia quædam habebit, quòd sapientes metuet ad principatus admittere, quia non simplices, neque integerrimos huiusmodi viros, sed mixtos possideat: & animosiores potius simpliciorèque homines ad gubernandum asciscet, qui ad bellum potius quam ad pacem nati videntur. Dolos quinetia, & machinam era belli plurimū faciet, semperque pugnabit: Certè. Atque pecuniarum cupidi erūt isti, quem admodum, qui in paucorum potentia vitam agunt, & tenebris obruti aurum & argentum malignè honorabunt, vt pote qui zeraria propriosque thesauros habeant, quibus illa recondant, ac etiam circumspecta domorum cura proprios nidos, in quibus multa cum mulieribus & aliis pro libidine erogabunt. Vera loqueris. Nōne & in rebus propriis parci magis erunt quæ decet? Quippe qui magnificanti pecunias, nec palam acquiritant in alienis autem propter libidinem profusores, & clanculum voluptatibus indulgebūt, haud secus legem passim reliquies, ac pueri patris aspectum, non persuasione, sed vt educati, ex eo quod veram musicam, quæ cum sermonibus & philosophia coniuncta est, neglig-

neglexerint, multoq; magis ac prius gymnasticam quam musicam honorauerint: Rempub. ex malo bonoq; mixtam refert. Mixta est profectio: prae ceteris autem in ipsa propter animositatis iracundiaeque imperium, contentiosis ambitionisq; studia inualescunt. Vehementer. An non haec respub. ita coalesceret, talisque erit, quantum licet sermone reipubli. figuram non summa omnino diligentia describere, quia sufficit vel ex delineatione virum iustissimum multissimumve discernere, sique ferme opus inextricabile, si quis omnes respub. omnēsque mores nullo penitus praeemisso enarrare aggrediatur. Probat. Quis igitur secundum hanc respub. viri quomodo efficitur, qualis existit? Reor eundem, inquit. Adimantus, simile esse Glauconis huius, contentiosis gratia. Fortassis, inquit ego, in hoc esse similis. V. r. in his haud natura similis esse videtur. In quibus? Contumaciorē sanē esse oportet esse, & a musica quodammodo alieniorē, musicā tamen cupidū: & audiendi quidem studiosum theoreticum verō nequaquam. Atqui & aduersus seruos agrestis erit huiusmodi vir, haud seruos despiciens, quem admodum vir mediocriter eruditus, erga liberos autem erit mitis, erga principes quidem obediens maxime, sed & principatus & honorū audior, oportere ex illis mans non arte dicendi, vel alia quavis simili facultate, sed rebus bellicis, civilibusque excellere, & ceteris praesse, cum sit & gymnasticā & venationis admodū studiosus. Est certē, inquit, mos hic illius reipublicae. Nōne & pecunias ille in iuuentute contemnet: quo verō senescit magis, eo magis pecunias diligit, ex eo quod auare naturae sit participes, neq; sit integer ad virtutem, quia optimo custode caret? Quoniam, inquit Adimantus, Ratione & operatione inquit, musicā cōmixta, quae sola cum adest, per omne vitam virtutem in eo cui praestit, seruat. Praeter loquens, inquit, Est virque talis adolescens ambitiosus imperij cupidus, talis similis ciuitati. Prorsus. Efficitur autē hic talis in hunc modū interdum: videlicet cum iuuenis aliquis filius est patris boni in ciuitate non bene gubernata habitus, honores, principatus, & iudicia fugiens, & reliqua huiusmodi negotiorum curā, libentē que se subiciens, ut labores vitet. Quoniam pacto efficitur? Quando scilicet matrē audit agrē ferentem, quod maritus magistratibus minimē fungatur, & idcirco inter alias mulieres sese cōtempnam haberi: tum indignantem quoties virum aspiciat pecuniis cumulandis minimē studere, neq; pro illis vel priuatim vel in iudiciis & publicē cōtendentē sollicitūq; sed ad haec omnia negligentiore, talēq; ut secum ipse viuat ut plurimum, vxorem verō nec aspernetur quidē, neq; admodum colat. Ex quibus sepe filio matrē praedicat ignauum esse patrem nimisq; remissum, & alia, quaeque de talibus garrere mulieres cōsueuerūt. Multa profectio, inquit Adimantus, talia sui que similia obloqui mulieres solent. Neq; te latet quod & seruū, & domesticū, praefertim qui maximē videntur esse beneuoli, talia quae dam auribus puerorū saepe insusurrant. Et si quē viderint, vel pecunias patri debentē, quem ipse nequaquam in ius vocet, vel in alio quodā iniuria afficientem, edicunt puero, si quando vir euadat, omnes istiusmodi vlciscator, virque magis sit quam pater existeret. Idem ille filius domo egressus alia horū similia auidit, vidēteque: homines scilicet qui in ciuitate suarum rerū satagunt, solidos vocari ac paripendi: horū verō dissimiles

honorari laudarique. Cum haec adolecentulus audit, vidēteque, rusticūque patris sermones audit, & studia videt proximē praeter studia ceterorum, ab vtriusque attractus, a patre quidem rationalis eius vis fouetur & augetur, ab aliis autem concupiscendi & irascendi natura. Quapropter cum non malo sit ingenio natus, mala tamen ceterorum consuetudine vsus, & in medium ab his tractus, mediā se cuidam potentiae cōtēntiose iracundiaeque subicit, sitque vir elato animo, gloriaeque cupidior. Naturam huius sufficiens enarrasse mihi videris. Habemus itaq; secundā rempub. virūque secundū. Habemus profectio. An non post haec Aeschylus illud dicimus. Alterum hominē alteri ciuitati conuenientē: Imō verō secundū superiorē illam suppositionem, alteram ciuitatē alteri cōgruam. Ita profus. Que verō huiusmodi rempub. sequitur, paucorum, ut arbitror, potentia est. Quā potissimum respub. institutionem paucorū vocas potētiam? Eam in qua magistratus a censu a estimatione ciuium tribuuntur, & in qua diuites dominantur, pauperibus verō nulla reipub. est cōmuniō. Intellego equidē. Nōne dicendū, quo pacto a gubernatione ambitiosa in hanc transgressio sit? Dicēdum certē. Vel ex eo id quidem perspicuum est, quo pacto transgressio fiat. Quoniam pacto? Aerariū illud cuiusq; auro plenum, talē perdit rempub. Nam primum quidē nouos sumptus reperiunt, & ad leges deducunt, quibus neque ipsi neq; mulieres ipsorū obtemperant. Consentaneū id quidem. Deinde alter alterius exemplo & emulacione periculi multi tandem tales euadūt. Verisimile. Hinc igitur effusus ad pecunias cumulandas delapsi, quantum hoc praetiosius estimāt, tantū virtutē existimant viliorē. An non ita virtus a diuitiis discrepat, quasi vtraque in lance staterae sint posita, semperq; in cōtrariam partem declinent? Ita profus. Quando igitur in ciuitate diuitiae ac diuites honorantur, virtus probiq; viri despiciuntur. Constat. Incedunt itaque ad ea studia omnes qui in honore sunt, & ea que frequentant: quo verō nullo honore censentur, apud quosq; iacere solēt. Sic est. Ita ex victoria honorisq; cupidus, quae stus & pecuniarū auidi tandē efficiuntur. Et diuites quidem viros laudant, & admittunt, & ad magistratus euehūt, pauperes verō despiciunt. Omnia sic accidit. An non & lege statuitur principatus fines, dum statuunt vbi maior est pecuniarū copia, vbi talem principatū esse maiorem: vbi minor cōtra minorē prohibētq; aliquem imperare, qui non ad certū aliquē censum peruenierit? Hec autem aut vi armisq; efficiuntur postquam metum incesse rint, talem constituerūt tempu. Nōne ita? Ita profus. Constitutio quidem, ut ita dicā, haec est. Est certē. Sed quisnā reipubli. modus: quive defectus sunt, quos habere eā rempub. dicebamus? Principio qualis sit praescriptus hic in ea terminus, aspice. Si quis in nauis gubernatione, a censu a estimatione gubernationem eligat, pauperem verō licet gubernandi peritiorē haudquaquam admittat, quid ex hoc sequenturum censet? Vt male nauē ducant. An non eodē pacto in quouis alio principatu? Sic equidem arbitror. Si enim in omnibus praeterquam in ciuitate: An & in ciuitate praeterea? Multo etiam magis, quoniam haec grauissima est, & maxima gubernatio. Vnum quidem hunc & tantū paucorum potētia defectū patitur. Apparet. Quid autē hoc? Nunquid Ieiunus? Quale istud? Quod necesse est non vnam hanc, sed duas esse res. vna quidem pauperū, diuitum alteram, & homi-

homines intra menia eadē habitates sibi inuicem semper insidiant. Certē non leuius istud. Sed neque hoc pulchrū est, bellū scilicet gerere non posse: quia coguntur, siue populo vrantur armato, eum formare magis quam hostes: siue non vrantur, reuera in ipso praelio paucorum principes videri: ac etiam pecunias in eum vsū erogare detrahebunt, ut putat homines auri, isthuc inquit a decoro est? Non certē. Nunquid rectē fieri illud existimas, quod supra vituperauimus, ut in huiusmodi ciuitate idem homines in diuersis simul officiis occupentur, terram colant, pecunias cumulent, militēt? Nullo modo rectē. Vide vtiq; si horum malorum omnium haec prima id grauissimum patitur. Quale id? Vt liceat cuiquā sua omnia alienare, alteri verō illius omnia comparare: at qui alienauit, habitare in ciuitate, illa nūa ciuitatis pars existat, neq; lucri studiosus, neq; opifex, neque eques, neq; armiger, sed pauper & egenus passim cognominatus. Prima haec certē. Hoc profectio in ciuitatibus quae paucorū subiciuntur imperio, minimē prohibetur. neq; enim alij opulentiores essent quam decet, alij profus mendici. Rectē loqueris. Hoc autem considera, nunquid quando diues huiusmodi erogat, condebatne magis ciuitati ad ea que paulo antē dicebamus: an videbatur quidem ē principū numero esse, reuera autē neq; princeps, neque minister erat, sed suarum facultatum cōsumptor? Sic vtiq; visum est. Erat autem nihil aliud quam consumptor. An vis dicamus, quemadmodū in fauo fucus ortus examinis apum morbus est, ita & hominē huiusmodi domi natū, pestē respub. fore? Profus inquit, o Socrates. Nōne, o Adimante voluites fucus omnes sine aculeis deus fecit: hos autem terrestres, partim sine aculeis, partim diris armatos aculeis cernimus. Et ex his qui aculeos nō habēt, inopes tadē in senectute sūt: aculeis autē instructi, sunt hi qui vocantur malefici. Vera loqueris. Cōstat ergo in ciuitate, vbi mendicos vides, & fures inesse clam, & crumenarum sectores & sacrilegos, & horum omnium scelerum architectos. Cōstat certē. Nōne in ciuitatibus quae reguntur a paucis, egenos inesse vides? Omnes ferme, exceptis principibus. An nō igitur arbitramur, maleficos in ea esse multos aculeis ipsi armatos, quos diligētia ac vi principatus detinent? Arbitramur planē. Nōne ob prauam educationē, & disciplinae defectū, & iniquā reipub. dispositionē, homines ibi tales euadere asseremus? Asseremus. Talis vtiq; erit ciuitas paucis subiecta principibus, rotāque premeatur malis, fortē etiā pluribus. Sic fermē. Constituta iam nobis sit ea resp. quā paucorū potentia vocant, a censu a estimatione principes eligentem: post hęc autem inuestigemus quo pacto vir aliquis similis istius efficiatur, & postquā similis est effectus, qualis sit. Sic profus. Nōne hac ratione maxime ex ambitioso in paucorū imperij cupidū transit? Quae? Quando ibi adolescens aliquis primū quidē patrem imitatur suū, cuiusq; vestigia sequitur: deinde ipsum aspicit, ut qui in ciuitate tanquam in scopulū offenderit, subito ex culmine dignitatis prolapsum, se ipsum suūq; omnia dispergētem, siue post imperatoris & ducis, siue alterius magistratus maxime dignitatē, in iudiciū ab insidiarioribus tractū, a calumniatoribus circumuentū, oppressum, ciectū, honoribus & patrimonio spoliatum. Cōsentaneum quidē. Ille, o amice, haec intuitus atque perpeffus, amisso patrimonio, propter formidiniē, cōstet in ex animi thro-

no ambitionē illam & audaciā ducit, & humilior propter paupertatē factus sese ad quēlibet conuertit, & angusto admodum animo aride nimis, & parcē viuēs, seq; in obsequio negotio vexās pecunias cōgregat. An non huiusmodi hominē tūc exitimas in ea animi sede auaritiā & lucri cupiditatē locare? atq; in se magnū alique regem fingere, ornamentisque regis exornare, coronis, balteis, fibulis, fibris, ensē Perifico? Equidē. Atq; hic quidem rationalem vim, & animositatis ardorē humi hinc inde depositā seruire huic cogit, & nihil aliud inquirere, & considerare permittit, quam vnde ex paucioribus pecunias plurimā congregentur: alterū autem nihil aliud mirari, & colere quam diuites acque diuites; neq; dignitatē ex re alia quam ex pecuniis quaerere, & si quid aliud ad id cōferat. Nulla certē inquit, alia mutatio est vsque adeo velox & vehemēs, ex iuuenē ambitioso in pecunij cupidū. Nōne igitur hic paucorū imperij studiosus est? Mutatio quidē ipsius ex homine similis est illius Reipublicae, ex qua paucorū potentia existit. Cōsideremus vtiq; nunquid similis sit. Cōsideremus. Principum in eo quod pecunias multi facit, similis erit. Quidnā? Quinetiā & in eo quod paucior est, & operi intētor, solāq; necessarias cupiditates explet, ceteris verō sumptibus nequaquam indulget, sed alias appetitiones tanquam superuacuas cohibet. Magnopere. Anterior itaque & squalidior viuit, vndiq; summa partimonia rem familiarē augens, cōceterando intētus thesaurū, quos quidem homines vulgus probat: an non hic vir talis Reipublicae similis? Mihi quidē videtur. Pecuniarum itaq; maxime honoratur & ab omni ciuitate, & ab hoc. Neq; enim hic, ut arbitror, disciplinae applicuit animū. Nō, vt opinor. Neq; enim cecidit sibi ducē praeposuisse. Optime quidē hoc autē animaduertere. Nōne furorū naturae similes cupiditates ob disciplinae defectū inesse dicimus, partim medicas, partim maleficas, vi quidē ab alia diligentia detētas? Et maxime quidē. Scisne quō inspicies, ipsorum malefica cernes? Quoniam? Ad orphanorū tutelam, & quid ipsi tale contingit, quo licentia plurimā ad iniuriā nanciscitur. Vera narras. An non id constat, quod in aliis commerciis vir talis, in quibus probus habetur, cum iustus esse videtur, equitate quadam vix ceteras cupiditates prauas quae in ipso sunt, cohibet, non credens quod non sit melius neque ratione manifestaciens, sed necessitate ac metu circa reliquā substantiā contremiscentis? Summpere. Enim vero, o amice, in multis eorum reperies, quando alie na oportuerit insomere, fuci permissiles cupiditates. Maxime. Non igitur seditione intestina se carebit, neq; vnus quidā erit, sed duplex, habebitque in se cupiditates ut plurimum cupiditatum dominantes, meliores scilicet deteriores. Est ita. Quamobrem modelior hic alius multis erit. Cōtēntiosis tamen & cōpositae mentis vera virtus longē hunc effugiet. Mihi quidē videtur. Quinetiā ad certamen erit tardior vir parcus, quoties priuatim in ciuitate de victoria aliqua honesta, & magnificētia erit certandū, cū pecunias erogare nolit decoris & contentiois huiusmodi gratia, metuens prodigās libidines succitare, prouocareq; ad propugnandum contēdēdūq; cū paucis tantē quibusdā sui ordinis, operatum ritu pugnas, ut plurimum vincit patitur, & diuitias auget. Summpere. Nunquid vltra diffidimus ad ciuitatis eius ex plūm quae gubernatur a paucis, hominem parcum atq; auarū inuēturū esse? Nullo modo.

Post hæc inuestigandū videtur, quo pacto popularis gubernatio constituitur, & quæ sit eius conditio, vt eandem in tali homine conditionem recognoscere, eum in iudiciū deducamus. Ita sanè iter nobis inceptum similiter peragemus. Nōne hunc in modum ex paucorum potētia in popularem gubernationem ciuitas permutatur, ex eo quod ciues optumū esse proposuerunt, vt quam diuiliū sint? Quo pacto? Quia principes in ea propter diuitias dominantur, prodigalitate negligunt, vt emptio nibus & scenaribus eorū vsurpantes bona, opulentiores etiā honoratiorēq; euadant. Maximè omnium. Constat itaque impossibile esse in ciuitate diuitias honorare simul, & temperantiā possidere, sed necessariū est ad alterius æstimationē alterū semper istorum negligi. Cōstat planè. Dum igitur in paucorum potentia iuuentutis educationē negligunt, permittuntq; ad libidīnē viuere, cōgunt sapienterū homines nō ingenerosos ad paupertatem redigi. Maximè. Sedent, vt arbitror, isti in ciuitate aculeis armati, partim alieno ere grauiti, partim ignominia afflicti, partim vsuque malis oppressi, insidiantes illis quos sua nouerunt possidisse, atq; alius, atq; idcirco res nouas quotidie moluntur. Est ita. Homines autem avari, dum lucro incumbūt, hōsq; non animaduertere vidētur, & reliquorū insuper vt quisq; maximè cedit, maximè argento immisso vulnerantes, & patris hatos scendūq; plurimum reportantes, ita fuis egenisq; hominibus ciuitatem replent. Maximè. Neq; volunt tanti mali incēdiū ita extinguerē, vt non permittant quenque res suas pro arbitrio agere. Neq; hoc rursus modo, quo secundum aliam legem talia soluntur. Secundum quam potissimum? Secundum eam quæ post illam proximè sequitur, cogitq; ciues virtutis curā suscipere. Siquis enim multa ex voluntariis cōmerciis suo periculo tractare iubeat, nō vsque ad eodē impudēt in ciuitate pecunias cōgregabant, paucioraq; in ipsa mala nascētur talia qualia diximus. Sic omnino. Nūc autem his de causis principes subditos sic in ciuitate disponūt: scilicet verō, & iuniores, delicatos, & molles, & foecordes reddunt, nullū aut animi, aut corporis laborē tolerantēs, voluptatib; & doloribus succumbētēs. Prorsus. Et ipsi quidē tales euadunt, vt nihil aliud præter quæstum æstiment, neq; maiorem virtutis curā habeant quam mendici. Sic certè. Ita igitur instituti, quoties congregiuntur inuicem principes ac subditi, siue in itineribus, siue in alio quopiam cōmuni commercio, atq; opere, aut circa spectacula ad exercitum vel nauigatē vnā, vel militantes, vel etiā in ipsis periculis sese inuicem spectantes, nullo modo in his pauperes a diuitibus despicuntur, sed frequenter homo pauper, macer, eumtimq; hōle duratus cū in acie ad opulentum collatus est, in vmbra molliorē nutritū, atque obxio corpore oneratum, eumq; inspicit anhelantē & anxīū, nōne censēbit gnauia caterorū, viros huiusmodi diuites fieri? atq; alteri vbi priuatiū conuenire, narrabunt locupletēs illos suos crassosque homines pretij nullius esse? Noui certè ita eos facere. Nōne igitur quemadmodū debile & valerūdinariū corpus, vel minima mutatione extrinsecus iniecta in morbos incidit, sepe etiam nulla extrinsecus re nocente, ipsum intra se dissidet ita & ciuitas malis in eadem affecta parua occasione, aliunde sibi, vel his ex opamatum, vel illis ex populari re publica auxilium

adiungentibus, ægrota, & seculū ipsa dissentit. Saepetiam absque externorum opera, seditionibus agitatur. Prorsus. Popularis vtique gubernatio fit, vt arbitror, quādo pauperes superantes, diuites partem nequeant, partim in exilium pellit, reliquos autem acquis reipub. honoribus munerib;q; afficiunt, atque vt plurimū in ea fortē magistratus obtingunt. Huiusmodi certè est popularis ciuitatis constitutio, siue armis fiat, seu metu discendentibus aliis. Quānā erit igitur horum ciuium vita? qualis gubernatio? Constat enim quod vir talis popularis aliquis apparebit. Perspicuum. An non primū quidem liberi erūt omnes ciuitat; libertatis plena, summaque licentia pro libidine omnia omnes audebunt? Fertur equidem. Vbi autē licētia, ibi quisque arbitrariū suo vitā instituet. Patet. Omnes in hac ciuitate nascētur homines. Valde. Videtur vtique hæc omnium esse rerū impub. pulcherrima: atque vt palli variis depictum coloribus, speciosissimum esse videtur, ita ciuitas ista diuersis ex moribus varia; pulcherrima prorsus apparet: ac perinde vt pueri & mulieres varietate distinctis opificiis & spectaculis delectantur, sic multi propter hæc varietatē pulcherrimā ipsam arbitrantur. Et maximè quidē. Atqui facile est, o beatē, in hac ciuitate rempub. querere. Quomobrem? Quoniā omnia rerūpub. genera propter licentiam habet: ac videtur necessariū illi qui tempus, instituire cupit, quod modū nos fecimus, popularem ciuitatē ingressum, eam reipub. constitutionē quæ magis placeat sibi, deligere, quasi rerūpub. nondinas aduentē, atq; ita eligentem, ciuitatis modū statuere. Fortè exempla huic nequaquā deerunt. Quid verō? an non dulcis hæc prima sit ote, atq; diuina videtur vita, vt neq; cogaris in hac ciuitate magistratibus fungi, nec etiā si ad id sufficiās, neque parere si nolis, neq; bellū gerere aliis bellū gerentibus, neque pacem agere agentibus aliis, nisi id placeat? Vel etiā si qua te lex imperare vetet, & sententias ferre, nihil minus & imperes, & sententias feras in iudicio, modo tibi hoc visum fuerit? Fortè sic primum videtur. Quid autē māsuetudo damnatorum quorundā? nōne decora? an nōdum hæc in ciuitate vidisti homines morte, vel exilio condemnatos, nihilominus vibem incolere, ac prodire in medium, & sepe quasi nemo id videret, aut curet, instar herorū quorundam per urbem incedere? Vidi equidem multos. Indulgētia verō ipsius nimia, & sine vlla obseruatione negligentia eorum quæ nos dicebamus, rem ipsam honestatē, quando ciuitatem constituebamus, quod videret nisi fortē quis excellenti sit ingenio præditus, nōquam vir præclarus euadet. nisi a prima puertia statim honestis sese exerceat ludis, & ciuicemodi omnia sequeq; exercet, tanquā quoque alio animo hæc pēssundat omnia: ea inquit, negligentia nihil pensū habet, ex quibus studiis aliquis se ad ciuita cōserat, sed honorat, si quis duntaxat ametur vulgo. Valde admodū generosa. Hæc vtique habet & horū similia, gubernatio popularis, eritque vt apparebit, dulcis reipublica, & sine dule, ac varia æqualitate quāda similitur æquales in æqualibusque distribuit. Manifesta admodum narras. Contēpla re quānam vir talis priuatiū sit, an fortē primū inuestigandum est, quemadmodum in reipublica fecimus, quōnam pacto talis efficiatur? Ita prorsus. Nōne ita maximè accidit, vt avari patris & paucorū potentia cupidi filius aliquis sub parentis moribus nutriatur? Quidā? Hic vi voluptates suas

coercet, quæcūque ad sumptus alliciunt, non ad lucrū, quæ quidem voluptates nō necessaræ appellatur. Manifestū est. Nū libet, ne in ambiguitate versemur, vt in prius quidē quæ necessaræ sint cupiditates, quæ nō necessaræ, discernamus? Libet equidē. Necessariæ quidē illæ merito vocatūr, quas amouere nō possumus, & quæ cū percipiuntur, nos iuant, has enim ambas querere naturā nostrā necessarium est. Nōne? Maximè. Lore igitur eas necessarias appellabimus. Iure. An non recte eas necessarias esse negabimus, quæ remoueri possunt, si quis alioferat a teneris, quæque ad sunt, nihil afferūt boni, imō plerunq; nocēt? Preclarè quidē. Accipiamus earum exemplar, vt quæ vtræque sint cognoscamus, & figura quādā eas inspiciamus. Sic oportet. Cupiditas vtique comedēdi, cibi, quæ, & obsonij, vsq; ad salubritatē, & bonā corporis valetudinē, necessaria est. Arbitror. Certè cibi vsus dupliē de causā necessarius, & quia siue ipso vita non sufficit, & quia vitis. Ita est. Aliorū verō cōdimentorum, quatenus ad bonam corporis habitudinē cōferunt. Prorsus. Quid verō ea quæ vltra hæc est, & alienorū desideriorū & horū appetitū, quæ tamen coerceri a teneris potest & eruditione & multis summoueri, obstat autē & corpori & mentī ad prudentiam temperantiāque, nōne merito non necessaria nominabitur? Merito. Has igitur sumptuosas cupiditates, illas verō quælibet deditas, quæ conferant ad agendum, vocabimus. Quidā? Idemq; de veneris aliisque dicemus. Idem. Profecto, quem fucum paulo ante nominauimus, hunc esse dicebamus qui talibus voluptatibus & libidinis plenus est, & cupiditatibus non necessariis est mancipatus: eum verō qui necessarias, parū, & paucorum potentia cupidum. Proculdubio. Rursus dicamus quemadmodum ex paucorum potentia cupidus popularis efficitur. Videtur autē mihi hoc pacto, vt plurimum, fieri. Quoniam? Quando iuuenis, vt modō diximus, nutritus ruditer, & aridē nimīū, fucorum mel gustat, adheretque ardentibus vehementibusque animalibus, quæ possunt omniformes & varias voluptates vndique comparare, hinc vtique exillima eam oriri mutationē, qua iste ex paucorum potentia quæ in eo est, tranfit in popularem. Necessarium est. Nunquid quemadmodum ciuitas mutabatur, dum extrinsecus præsidium alterutri partium præstaretur, a simili similitudo adolescentis mutatur ingenium, dum rursus externarum cupiditatum species cognata & similis, alteri cupiditatum speciei earum quæ in eo sunt, suffragatur? Prorsus quidem. Quod si quæ suppetat ingenio eius paucorum imperij itudioso siue a patre, seu a do mesticis aliis ferantur, ad morientibus, in crepātibusq; seditio, & reluctatio, & pugna in ipso ad seipsum tunc nascitur. Quidā? Et quādoque, vt arbitror, popularis conditio paucorum statui cedit, & nonnullæ cupiditates patim intereunt, partim excidūt, pudore aliquo in animo iuueni exorto, vnde rursus excolitur. Fit nonnunquam. Rursus præter eas quæ exciderunt cupiditates, alia coalescentes cognatæ propter inficitiam paternæ educationis multæ vehementesque sunt. Sic certè fieri consuevit. Trahit porro ad se familiaritates & cōsuetudines, ac dū clam serpsit, magnam exerecit in numerū. Quid prohibet? Tandē iuuenilis animi atem occupat, præsentientes vacuū esse doctrinarū honororūq; officiorū, & veteratū in super rationum. Qui sanè optimi omnium cultodes seruatorēq; in hominum piorū mentibus

extant. Summopere. Falsæ verō, & superbe petulantēsque rationes & opinionēs eorum in locum succedentes, vnde talis hominis locus obtinet. Maximè. Nōne iterum ad Lotophagos illos accedens, manifeste istic habitat? Ac si ab amicis subfidij aliquid ei quod adhuc de parco in anima spūsus est veniat, superbe petulantēsq; rationēs elaudentes regij in co muni portas, neq; subfidium ipsum admittunt, neque legatos priuatorū senū monitis excipiūt, sed ipse prælio superant; & pudorem quidem appellantes fatuitatem, in exilium turpiter expellunt: temerantiam verō ignauā vocātes, conuicti est; ciuicū: moderatiam quoque in moribus, & in sumptibus moderationem, etiam rusticitatem & illiberalitatem peritios detestantur & fugant, & ipse vna cum multis futilibusque cupiditatibus instale scunt? Magnopere. Cum hæc depulerunt ex eius animo quem occuparunt & purgarunt, magnis insensum in initiatō, post hæc petulantiam, licentiam, prodigalitate, impudētiam, ipsē dadas cū ingēri carera coronatas deducūt, extollentes applaudentesq; id petulantiam quidem, ingentiam educationē: id tamen verū, libertatē, prodigalitate magnificētiam, impudentiam autem, fortitudinē vocant. An nō ita quodammodo iuuenis trāsit ex innuita necessariū cupiditātū affectatione, in dissoluta licentiam non necessariarum futilibusque voluptatū? Planè id constat, inquit ille. Vnde deinceps talis, vt arbitror, nihilominus peccetiarū quā in superuacuarū voluptatum gratia erogās pecunias, labores, exercitationes. Verūm si ita fortunatus est, vt nō vltra modum debeat, sed senior factus, & ingenti tumultu præterito, insularum voluptatum partes admittit, & in quæ insuper accedit non totum se dedit, ad æqualitatem iam rediit, voluptatibus, ita vitā agit vt ei que fortē tū dicit, vel magistram summo imperium sui committat dū ea expleatur, & rursus alteri nulla neglecta, dū vnamquæque quælibet apte se alar. Sic accidit. Hic quidē rationē verā non accipit, neq; in cultodire vt accedat, siquis dicit voluptates partim esse bonarū honestarūque cupiditātū, partim verō malarū: & illas exercendas esse, & honorandas, has cōtra, moderandas & cohibendas. Verūm omnibus his annuit, affirmatque similes omnes esse, & pariter honorandas. Profecto quisquis ita affectus est, id agit. Nōne ita in dies viuūt, vt incidentibus præsentibusq; semper cupiditatibus obsequantur? dū videlicet alia ebrietati modulationibusque indulget, alia aquæ potu cōtētus est, & se extenuat: interdū verō gymnasticæ studij se exercet, nonnūquam remisso & focordi animo torpet, quandoque philosophiæ attingit studia, sæpe etiam se ad tempus cōfert, pro dicit in mediū, quicquid obtulit fors, & dicēs, & faciēs: ac si quādoque multēs admiratur, ad eos fertur: sine meratore, ad hos rursus aduentat, neque ordine vilo aut necessitate partem suā dirigit, sed iucundā & liberalem, & beatā hanc vitam appellas, hanc affluēdi cōte. Scitē vitam huius nullum delectum viuendi habentis narrasti. Arbitror equidem plenum hunc diuersis plurimisque moribus esse, pulcherrimū, & varium, quemadmodū ciuitatē illam quem sanè multi atq; multæ amulati studeat, cū vitæ, & serūptū, morū in se multa exēpla continet. Ita est nimirum. Est nobis vir talis popularis reipub. similis, vtpote qui popularis merito nominetur. Esto. Reliquum est, vt de præclara illa reipub. virōque præclaro dicamus, tyrannide atque tyranno. Omni-

no. Age videamus, o dulcis amice, quoniam tyrannidis ipsius sit modus. Principio quod ex populari oritur, ferme est perspicuum. Manifestum. Eadem igitur ratione ex populari tyrannis oritur, qua ex paucorum potentia, popularis. Quia? Quod sibi ciues in paucorum potentia tanquam bonum proposuerunt, per quod & paucorum potentia inoleuit, id erat diuitiarum copia. Nonne? Isti huc ipsum, inexplēbilis itaque diuitiarum suus, ceterorumque officiorum negligentia propter ipsum quæsitum eam perdūt. Verū id quidē. Quinetiam eius quod in populari bonum censentur, cupiditas inexplēbilis, ipsam quoque peruertit. Quid in ea potissimum ceteri bonū dicis? Libertatē. Nam istud in populari ciuitate ceteri præclarissimum audies. Ideoque in hac sola habitare par est cū virū qui natura sit liber. Certe nomen istud libertas, in hac ciuitate frequētius prædicatur. Nonne quod dicturus erā, huius ipsius cupido insatiabilis, ceterorumque negligentia, hanc mutat remp. cogitq; tyrannide indigere? Quo pacto? Quando videlicet popularis ciues sitiens libertatē, malos pincernas præfidentes nanciscitur, & ea profulius quam decet, sese ingurgitans debacchatur, & principes velut rigidiores & paucorum dominatū appetētes accusans punit, nisi mites admodū sint plurimūq; licētiae concedat. Sic profus accidit. At qui & eos qui principibus parent oburgat, tanquam ferules & pretij nullus homines: principes autē subditos pares, & subditos pares principibus, priuati & publicē laudat atque honorat, an non necesse est in hac ciuitate ad summā libertatē homines peruenire? Proculdubio. Atque hanc insitā obedientiæ impatiētē licentiā, o amice, priuatis irrepere in domos, seque vsq; ad bruta protēdere? Quo pacto hoc dicimus? Quale videlicet si pater filio fiat similis, filiosq; metuar, & filius patri sit par, neque vereatur parētes, neq; metuar, vt sic maximē liber: inquilino præterea ciui & inquilino ciuis æquetur, peregrinūsq; similiter. Sic accidit. Hęc vtiq; & alia nonnulla minora similia his eueniunt. Nempe ea in vrbe præceptor discipulos timer, eisq; blāditur, discipuli præceptores spernunt, & similiter pedagogos: atque vt summam dicā, iuniores senioribus se æquāt, & cū ipsi tū in sermionibus, tū in operib. decerāt. Seniores autē vnā cū iunioribus & pari loco cōfidentes tāquā scurræ facietis eos delectat, ne seueri imperiosiq; videantur. Maximē. Vulgi autē libertas extrema, o amice, tali in ciuitate quāta, quandoquidē empta mæcipia nihilominus libera sunt quam emptores: & quāta mulieribus erga viros, virisq; erga mulieres æqualitas libertasq; sit, ferme dicere obliuiscimus. An nō secundū Archylū dicemus, quod nūc nobis in buccā venit? Sic profus, inquit, atq; ego quidē ita dico: profecto bestię quæ ab hominib. nutritur quāto liberiores hac in ciuitate sint quā alibi, nemo, nisi expertus crediderit. Nā & catellæ, vt habet prouerbiū, tales, quales heræ sunt. Et equi, & asini tales reddūtur, qui affuēfacti fuerint admodū liberē saltuosq; per vias ingredi, vt in obuiū quæque impetū faciāt, nisi cesserit. Ceteraq; omnia summa aguntur licētia. Meum certē mihi narras in somniū. Nam mihi rus proficēti frequētē ista cōtingunt. Vides quō tādem omnium supradictorum summa contēdat? Ita siquidē hinc delicatus ciuium animus redditur, vt si quis paulum quid seruitutis afferat, ægrē ferat, neque tolerēt. Demū verō leges omnes tā scriptas, quam nō scriptas cōtēnunt, nequis illis præsit dominus. Manifestum id quidem. Hęc, o amice,

Proverbium.

gens Valde dialog. Accusationes igitur, litigia, contentionesq; mutuo oriuntur. Et maxime. Ideoque populus cōsuevit vnum aliquē, sui defensorem creare, eumq; nutrire, & vt magnū efficiat, cōsuevit. Consiuevit certe. Ex quo pacto patet tyrannū ex radice fuisse enasctū, neq; aliud de pullulare. Certū id quidē. Quenam origo mutationis ex prætorē, id est, eo qui præest in tyrannū, an videlicet postquam cepit qui præest id agere, quod circa templum Lycæi Iouis in Arcadia fabula referit? Quidnā? Quōd quisquis humana viscera cū altarū victimarum incisa viceribus forte gustarit, lupus fieri cogitur. Nonne fabulam audisti? Equidē. Eodē modo & hic cuius imperio vulgus omnino obteperat, cognato nō abstinēt sanguine: sed falsis, vt solent, confictis criminibus in iudicium trahit eos a quibus timer, & iniusta se cede cruciat, viri vitam extinguens, gustansq; lingua impura & prophano ore generis proximi sanguinem, ac nonnullos pellit, necat alios, suaforem se æris alieni decidentiq; agros distribuendi præbēs. Quare necesse est eum quōdā hominem vel ab inimicis interficī, vel tyrannidem exercere, lupūmq; ex homine fieri. Necesse est omnino. Hic quidem aduersus opulentos homines feditiosus. Certe. Nonne ab inimicorum vt huic periculum imminet, qui si expulsi, iniuris redierit inimicis, tyrannū effectus reuertitur? Constat. Ac si cum calamitatis in ciuitate ac si oriuntur, vt cum ipsis fatis proxinis excidantur. Itaque vt agendum. Sic igitur accipiamus, vt perspicuus quod querimus, cognoscat. Quo pacto? Trifariam popularem ciuitatem, vt re ipsa est, partiamur. Vnum quidē hoc genus in ea propter licentiā nascitur, nō minus quā in paucorum potētia. Est ita. Longē autē acrius in hac quā in illa. Quā rationē libi quia contempit est, & a magistratibus repellitur, imbelles propter desidiam fit. In populari autem id genus omne exceptis paucis, præfideat, & quod in eo acceritimum dicit & agit: aliud autem iuxta tribunalia inharrens suffurat, nec tolerat, siquis alia dixerit. Quapropter omnia ab hoc genere, paucis exceptis, in ciuitate huiusmodi administrantur. Et maximē quidē. Aliud igitur tale semper ex multitudine exceritur. Quale? Omnibus enim que stū cōfidentibus, qui natura elegantissimi sunt, vt plurimum ditissimi efficiuntur. Cōsentaneum. Hinc vtiq; mellis copia & vberior & facilius fucus exprimitur. Quomodo enim ex his qui pauca possidēt copia mellis exprimitur. Diuites, vt arbitror, tales fucorum herba vocatur. Sic ferme. Populus autē tertiu erit genus, quocumque ipsi sua duntaxat curat, nec alienis se implicent, haud multum pecuniosi. Quod quidē genus & plurimū est, & in populari ciuitate principalissimum quoties cōgregatur. Est certē, at nō frequētē id face re vult, nisi particeps mellis efficiatur. Nonne semper est particeps, quatenus hi qui præfideat expoliant diuites, dispersit itaque populo, sibi verō vt plurimum vsurpat? Profecto ita fit particeps. Cogitur itaque re pugare hi qui spoliati sunt, pro viribus apud populum tum dicēdo, tum agēdo. Quidnā? Occasione itaque ab aliis acciperunt, cum ipsi nō cuperēt: rerū innovandarum, nempe vt infidientur populo, & ad paucorum imperium intendā animum. Cur nō? Tādem verō postquam populum viderunt nō sponte, sed per insitiā a calumniatoribus seductū conari ipsi iniuriā inferre, tunc sanē velint nolint, reuera paucorum potētiē studiosi euadūt, haud vltro volētēque sed q; illis hoc malum ingerat fucus stimulis ac pun

gens.

sint. Verisimile. Consentaneum est, vt hocce omnes tyrannus ē medio tollat, si modo sit dominaturus, quouique nemini relinquat amicos vel hostium qui aliquis mox cōspiciat. Manifestū id quidem. Acute igitur inspicere illa oportet quis fortis, quis magnanimitus, quis prudens aut diues sit. Neque viques ad eō beatus est, vt seu velit, seu nolit his inimicus futurus sit, eisq; infidetur, quousq; ciuitatem purgauerit. Egregiam sanē purgationem narras. Contrariam planē medicorū purgationē. Si quidem medici à corpore quod deterimum est, abstrēgunt, quod vero optimū est, relinquunt. Contra tyrannū efficit. Ille quidem sic facere cogitur, si modo sit dominaturus. Beata nimirū necessitate adstrictus est, quæ illi præcipit, vt vel cū plurimis improbis vitam agat, & ab his etiam odio habeatur, vel omnino non viuat. Talis profecto eius conditio est. Nonne quō infensiores habet ciues, dum hæc agit, eō pluribus & fide lionibus satellitibus indiget? Quod prohibet? Quinā igitur huic fideles maxime? Vnde illos accerter? Viro aduolabant vndeque multi mercede pelleūt. Fucos iterum mihi videtur per Caus, quosdam dicere, exercitis & variis ex gentibus confluētes. Verē tibi video. Quis autem ex indigenis? Nonne aliqui, si voluerit? Quo pacto? Scilicet si ciuius de medio subleat, seruos suos libertate doncet, & in satellitium suorum numerū asiccat. Maxime quidē, quoniam fidelissimi sibi hi sunt. Quam præclarā namque tyrannū possessionem, si quidem talibus amicis fidisq; hominibus vtiat, cum priores illos perdidit. At tamen talibus vtiat. At qui miratur eum. Amici tales, conuerfanturque cū eo noui ciues, boni autem viri oderūt ac fugiunt. Quid verat? Non temet igitur tragœdia sapiens artificium esse, atque in ea Euripides excellere videtur. Quamobrem? Quōd & hoc profunda mente cecinit, sapiens tyrannos esse sapientū consuetudine, dixitque hos sapientes esse qui cum his conuerfantur. Quinetiam tyrannidem tanquam rem diuinam extollic: saluāq; permulta hinc aliiq; poetæ. Enimvero poetæ tragicū vt potē sapientes nobis ignoscere puto, & illis qui perinde ac nos rem publicam administrant, si eos in nostram rem pub. non admittamus, tyrannidis scilicet laudatores, Ignoscere, vt arbitror, quancumque inter eos viri elegantiores sit. Ceteras vero circumstantias, turbam cōgregantes egregis grandibusq; respublicis in vocibus quibus pretium non deest, respicere in tyrannidem trahit, & popularem statum, Vchementer. Nōque per his pretium capiunt, honoantatq; in primis quidem vt verisimile est à tyrannis, deinde etiā à populari illa republica: At verō quō alēus ascendunt in arduū rerū publicarum verticem, eō magis eorum deficit honor, vt qui defessus crebriore anhelitu progredi nō valeat. Ita nimirū rom. Sed ne postquam huc digressi sumus, longius progrediamur, dicamus vnde tyrannus exercitium illum suū præclarū, numerosū, & variū semperq; diuersum alit. Constat in primis q; siquæ sunt facere opes in ciuitate, eas sustinet, cōsumētq; quousq; illa sufficient, quæ venditur, dō leuiora exigat à plebe tributa. Quid si opes hæc defecerint? Patet q; ex partem alere & ipse, & collega ipsius cōubernalesque & scorta, tū pueri, tū mulieres. In eligo equidē quōd populus qui tyrannū genuit, ipsum amicosq; ei nutrit, ita cogitur. Quid verō si necesse sit populus, dicatq; haud æquū esse vt adules filius à patre amplus enutriatur, sed contrā à filio patre: necesse ad

ho

hoc eum creasse, vt adule iam filio, pater ipse, seruis eius feruens, & ipsum nutriet, & ipsius seruos, & alios praterca omnes vndiq; confluens eius altipulores, verum vt a diuitibus his qui preclari & boni existimantur in ciuitate, hoc preuide liberetur atque ita iubeat populus abire illud e ciuitate, eiusq; amicos, perinde ac pater filium domo vna cu copo-
 torum turba depelles? Agnoscer per loem inquit, tunc demum populus qualis ipse, & quali bestia delectatus sit, dum eam generare atq; educaret, tum quato ipso debiliore potentiore eicere tentet. Quid abs? Audebit tyrannus patri vim inferre, & si non obterpet verberare: Imo vero, nam auferet arma. Patri dicit ergo dicit esse tyrannum, dum tuum se-
 ne-
 nutius educatorem. Atque vt videtur, hec propri-
 est tyrannus, vt que fertur, populus seruitus libe-
 ro hominū locum sumū in flammam ferulis do-
 minationis incidit, fugiens illius & importu-
 na libertatis, durissimam acerbillimamq; seruorum
 subiens seruitutem. Ita nimirum accidit: An non
 igitur probē a nobis dictum fuerit, si sufficere per
 tractatum dicamus, quo pacto tyrannus ex popula-
 ri gubernatione nascatur: & nata quom est, & qualis
 sit: Valde quidem sufficere.

DIALOGVS
 NONVS DE
 TYRANNO
 IUSTO.
 MARSILLI FICINI
 ARGUMENTVM.

Cōtate quā plerima de regis optimatū vita trahant. Multa etiam de cōtraria eius tyrannide disputat, & illam tanquam bestiam suam comprobans, & hanc reprobam esse iustissimum. Quod non solum agit in octauo, sed nono insuper agit de tyrannide, qua scilicet ratione potissimum fiat ex populari, qualis quoque sit, quam noxia, quam infelix: quod videlicet primum qua in animo fit tyrannide, totis viribus denitetur, vicissimque regnum iustum complectamur. De hoc statim ad primum redibit disputationis vniuerso proposito. Quo utique statim demonstrat iustitiam non opinione dumtaxat humana esse laudabilem, sed etiam ipsa sui natura & honesta mirum in modū, & salutari esse ante omnia venerandam. In iustitiam quoque non obmetum vel legum vel iustitiam solum vituperandam esse, sed etiam propter ipsum maleficam naturam suam venientem proci effugiendam. Iustitiam vero cum nominat, alias legalem cum munemque designat iustitiam, virtutem scilicet vniuersam sub legum prouidentia iustitiam: alias iustitiam magis propriam suam distributam, per quam & in ciuitate pro meritis honores, premia, pœna distribuuntur, & in anima partibus animæ pro dignitate nature actiones & munera tribuuntur: sicut commutatiua, per quam & in ciuitate æquū & legitimum pretio res, vel rebus vel pecuniis committitur, & in animo ita quasi similiter commutatur officia, vt quantum ratio inferioribus consulit, tantum de vires inferiores pro rationis imperio necessaria subministrat. Inter hac nota tyrannicum animū ita pertu bati esse, vt propriē iudicetur libidine perditus, & emulens, & furiosus atq; immanis. Quippe cum quasi fera immanibus in libidinibus rapiatur, quarum feritatem ceteri solum somniantes interdum experiantur. Quæ vero hic ad iustitiam & veritatem & rationem somniant perit, in theologico abinde trahamus. Considera quom diligenter mala connumeret omnia, quibus eius iam oppressa tyrannide premitur, quæque apte totidem mala ac etiam plura in tyranni animo numerat, adeo vt nihil miserabile possit esse. Mox disputatione totam hanc tendit, vt sapiens inflat; vti-
 ta vitæ contraria praeferat, in tria redigit capita. Primum esse nulli, quod hactenus est tractatum, ex comparatione videlicet iustitiae in iustis inflat; hominis ad ciuitatem tyrannicam nulla sapientia, & iustitia gubernatam. Vbi profecto apparet & ciuitati illam, & hominē a qua ratione possim, & iustitissimē se habere. Secundū vero caput nunc agit editur, disputationem illam partium animæ repetens in rationabili & irascendi & concupiscenti naturas: quibus tres quoque vias accommodat, philosophicam, ambitio-

semq; & cupidam, cupidam inquam pecuniari gratia voluptatū, idcoq; avara etiam nominatur. Tres similes dispartes in ciuitate, magis raris, multas, quas laeas. Probat deinde vitam virtutis adit magis eligendam esse quam vitiosam, praterca quod sit reuera suauior. N. empe cum trium illorum quilibet vita sit voluptatem ceteris praeferat, solus in philosopho potest recte diiudicare. Opus enim est ad iudicium experientia prudentia, ratione. Principio quantum ad experientiam pertinet, philosophus quidē & sui propriam, & aliorum voluptates est experitus: quo sit vt facit que sit praeferenda, cognoceat possit. Ceteri vero philosophantis gaudia nunquam degustauerunt, idcoq; voluptates suas cum philosophantis gaudia comparare non possunt. Traxerit solus philosophus perfecta pollet prudentia, & assiduarum industria rationum, qua quidem duo reliqua sunt ad iudicium necessaria. Cum ergo philosophus sapiens inflat; vti-
 ta gaudia ambulo libidinosaq; vti: anteponat oblectamentis, iure ex ipsius iudicio veri sententia vitam virtute rectam, vti-
 vitio dissoluta, ante eferre debemus. Tertium deniq; caput inde partissimā exoritur, quod in solo sapiente inflat; vti: voluptas vti-
 re reperiri potest. In ceteris autē voluptatē fallam, & vmbra-
 tilem esse constat. Quod quidem ita vbi voluptates vti-
 ritia videntur, & repletiones quidem sunt indigentia, atq; vbi
 & quod impletur & quod implet verius per se illud, est imple-
 tionis modus purior atq; efficacior, ubi vti-
 & perfectior, & ingentior. Cui igitur intellectus veritatis, intelli-
 genda veritatem per se illorumq; naturam habent, quam sensus
 atq; sensibile, ac veritatis interius penetret intellectum quam sen-
 sibile sensum, & sine mixtione doloris accedat sequitur volun-
 tatem intelligentia veritatem esse atq; perfectiorem. Inter hac ca-
 su quodammodo quid interit mathematica, cuius declaratione
 ex cōmentariis in Timaeum accipies opportunitas. Attende de-
 inceps ad illam animam naturam figuram. In qua sub multiplici
 bestia nomine intellige concupiscentiam naturam, sub figura leu-
 nis, irascendi vti-
 re, sub forma hominis, rationem. Et vide animi
 expressē de opingit ambulo, in iustis, libidinosaq; vitia, a
 miseriam feruitutem. Item ibidem accipe formulam, qua possit
 transiit animam in bestias ita inter praetera, vt in bestiam affe-
 ctus & habitus potius quam in corpora migerat dicuntur. Re-
 te ea memento, quemadmodum in corpore per se iustitia sensus, ius-
 titas, robur, pulchritudo no opinionem, & iustitia sunt bona, con-
 traria mala, similitere esse in anima praedictam, temperas-
 tiam, fortitudo, iustitiam, iustitiam naturae licet esse bona, naturaliter
 quoq; contra vitia mala. Benigne accipe totas vias fortiam,
 per quam ita a corpore iustitia disponat, vt animi temperantia
 sonent. Atq; ceteros elegas singula, quatenus ceteris ad ani-
 mi salutem. Cetera qua hanc impediunt, proci effugienda, & v-
 tiles semper mentis arcem, atque ab ea nullis, aut illis, vti-
 ita formae voluerit, iustitiam per se iustitiam huius exi-
 in celo, in celo in qua ad est ordine caelestium motuum, atq; a
 in omnes & diuina, vt inde tandem ad ipsius imaginem, teipsum pri-
 mo, deinde familiam & ciuitatem iustitiae fecerit que componat.

DE INCERIS considerandum refert, in-
 quam ego, qua ratione vir tyrannicus
 ex populari fiat, qualique sit, & num-
 quid vitam ducet miseram, an bea-
 tam. Certe id reliquum est, inquit ille. Sois quid ad-
 huc desiderem? Quid? Nondum sufficienter dis-
 tinxisse videmur, quod sit, & quales cupiditates.
 Ac nisi id constet, obsecro erit eius quod quaerimus
 inquisitio. Opportunum vero adhuc erit.
 Prorsus quidem, ac vide quid in eis nosse velim: est
 autem tale: Earum voluptatum cupiditates quoque
 non necessarias sunt, videntur mihi quædam legibus
 repugnantibus, omnibus inesse quidē, legibus autē
 & melioribus hic animibus pariter cu ratione casti-
 gate, in quibus dicitur hominibus vel omnino obsole-
 re, vel adeo reprimi, vt raris admodum exi-
 dantur: in alijs autē vehementiores frequenterque
 euadere. Quas potissimum istas vocas? Quæ in som-
 nis sapiens excitantur, cu dormiuntibus ea pars ani-
 mi, quæ mentis & rationis particeps sit, sopita lau-
 gnet: illa autē in qua feritas quæda sit, atq; agreffis
 imma-

immanitas cum sit immoderato obstupescit potu,
 atq; palu, exultare eam in somno, immoderateq; ia-
 tari: itaq; huc omnia obuiuntur a verecundia ac
 ratione vacua, vt aut cum matre corpus miscere vi-
 deatur, aut cu quocunq; alio, vel homine, vel deo, sepe
 delat: atq; etiā trucidare aliquē, & nullo cibo absti-
 nere, multaq; facere impure atq; tetre, cu temeritate
 atq; impudētia. Verissimam inquit, dicit. Atqui salu-
 bri & moderato cultu, atque victu quieti se tradidit,
 & ea parte animi quæ metis & consilij est, agitata
 & erecta, saturataq; bonarū cogitationū epulis, casti-
 parte animi quæ voluptate alit, nec inopia enecta,
 nec satietate affluenti, quod dormire possit, & neque
 prae gaudio, neque prae tristitia, optimi illi sumul-
 tate, sed ipsam per se ipsam solā purā cōsiderare
 finat, & appetere vt quod non nouit, ex preteritis
 aut preteritis aut futuris percipiat: illa etiā tertia
 parte animi, in qua itari existit ardor, sedata atq; re-
 stincta: tum euenit, diuibus animi temerariis parti-
 bus cōpessis, vt illa tertia pars rationis & metis elu-
 ceat, & vegete ad somniam acreque praebeat eiq;
 vti quietis occurrere tranquillam atq; veraciam. Sic prorsus
 exiit. Quid plura? Id summatim cognoscere
 volumus. Vnicuique in esse specie quāda cupiditū
 dirā, agreffē, atq; iniquā, quæ etiā in his qui iudicat ho-
 mines maximē moderati videtur. Quod in somnis
 fit manifestū. Nāquid igitur dicā, & vtrū consentias
 tu videtur. Consentio equidē. Recordare, qualē virū
 esse diximus popularem. Erat auē is, qui ab incēre
 atate sub parco nutuitus est patre, qui lucri cupidi-
 tati indultus erat, ceteras verō nō necessarias, sed
 ludū ornatusq; comites spreuit. Nōne ita? Ita prorsus.
 Cōuersatus deinde de elatio ribus viris plenifque
 libidinib. his quas modō narrauimus, declinare cepit
 ad petulantiam omnem, eorumque mores, pater-
 nis partim omne odio. Cum verō ingenio meliore es-
 set, quam corruptores, vtriusque dilatact, mediā na-
 ctus est vtriusque amoris affectio, moderatē vtrū-
 que affectus vt ipse putat, neque liberalerē neq;
 solutā vitā agens, ex paucorum potēcie cupido mu-
 tatus in popularem. Erat vtriusque & est circa huiusce-
 modi virum hæc opinio. Pone rursus huius iā natu-
 grādus filium, primis ab annis paternis moribus in-
 butū. Pono. Ponas iterū eadē huic accidere que pa-
 tri cōgigerant, vt ad omne trahatur flagitiū, & lasciu-
 tiæ vice licentia, quæ tamē hi qui eam degūt in-
 tegri nomen libertatē: pater autē alique domesticus
 iustis cupiditatibus quas in medio quodam esse dixi-
 mus sustingant, alij tē opē suggerant. Vbi verō iā
 sperauerit vehementes illi incantatores, nutritoreq;
 que tyrānidis, adolescentem se non aliter continere
 posse, amorē in eo aliquid quibusdā machinationi-
 bus excitent, praesidem tutorēque otiosorum, &
 ad libidinem illi subministrantium desideriorum,
 alatum certe, & ingentem fucum. Nunquid aliud
 amorē talium esse putas? Nihil aliud. Quando verō
 circa ipsum susurrantes cupiditates alie, referret ni-
 dere, vnguentis, coronis, ac mero, resolutioremque
 susceptudinum talium voluptatibus cogent profus
 aluntque desiderium illud, atque ita fūco aculeum
 addunt: tunc iam hic animi praesides furit omnino, de-
 mentiaque feruet, atque stipatus inde satellitibus,
 stimuloque percitus, si quas intra se frugales & vere-
 cundas opinionis cupiditates offendit, protinus
 extirpat expellitque, quousque teperantiam omnē
 animo eiciat, sicq; noua infamia repleat. Egrege ty-
 rannici viti referens originem Nōne & olim hanc ob

causam amor tyrannus est dictus? Videtur planē. Et
 ebrius vir, o amice, nōne tyrannicum gerit animū?
 Sanē. Quinetiam furiosus & extra se positus, non fo-
 lum hominibus, sed & diis imperare contendit, sper-
 atque se idē consequitur. Vehementer. Tyranni-
 cus autē, o beate, vir reuera fit, quando vel natu-
 ra, vel studiis, vel ambobus, temulentus, amori
 obnoxius furiosus euadit. Prorsus ita feruit habet. Ita
 igitur talis vir, vt apparer, efficitur. Visus autem
 quo pacto? Id verō, vt autem qui iocantur, mihi tu
 dices. Dico equidem. Post hac, vt arbitror, felis
 in indulgent, comestationibus, circulis atque congre-
 sibus, icortis, ceterisque huiusmodi omnibus, hi
 quorum tyrannus amorintus animi incolens pene-
 tralia, regit animo. Necessē est. Itaq; multæ profecto
 dies nodēque vehementes cupiditates multorum
 indiget pullant. Multæ quidem. Cito igitur siqui
 prouident exiterint consumuntur. Quidni? Post
 hæc vt que tenora, & patrimonij dissipatio. Pro-
 culdubio. Quando verō deficiunt omnia, necesse est
 cupiditates vociferari atque conuerti, que quidem
 frequenter ardētissime in nido animi: delitescunt
 autem veluti stimulus quibusdam per culos, libi-
 dinibus scilicet alie, praefertimque amore aliarum
 omnium tanquam satellitum duce, iactari effici-
 que ad explorandum siquis quicquam possideret,
 quod vel fraude furip, vel vi eripi possit. Maximē.
 Quapropter coguntur vel vndique vsurpare, vel in-
 gentibus stimulis & doloribus cruciari. Coguntur
 planē. Num quædam modum nouz voluptates ipsi
 adulat, priusnam exuperant, & que illarum erant,
 vsurpare: ita & ipse iustum esse censēbit, vt ipse
 iunior plus habeat quam parentes, & ab his auferat,
 & si portione suam consumperit, paternam insu-
 per eroget? Cui non? Quod si parentes illi neque-
 quam permiserint, principio furari, cōsue decipe-
 re aggredietur. Omnino. Sin istud non poterit, re-
 perit iam, vimque parentibus inferret. Sic arbitror.
 Ac si pater materque senes, o mirifice vir, resistat
 repugnētque, nunquid eos verberat, atque ita
 fe continēbit, vt nihil agat tyrannicum? Patri equi-
 dem ac matri sic affecti hominis timeo. Per loem,
 o Adimante, inquam ego, nunquid gratia nuper
 amate cuiusdam concubinae non necessaria, ami-
 cam iam olim necessariamque matrem, aut gratia
 speciosi alicuius nuper amati adolescentem non ne-
 cessarij, deformem & necessarium senem patrem,
 & amicum omnium antiquissimum, tibi vira lē
 videtur verberibus obiecturis, cōsueque illis subiecturis,
 si eandem in domum induxerit? Per loem,
 omnino. Quam beatum esse videtur tyrannicum
 filium genuisse. Non multum. Quid verō? cum
 parentum facultates ipsum deficient, in eoque iam
 erit examen confertissimum voluptatum, an non
 primo parentum exitium profodit domos, vel ne-
 cte feriet eum allicium rapit: deinde etiam res fa-
 cras templi cuiusdam ardeat: et que in his omni-
 bus eas quas olim aucterit de honestis & turpi-
 bus iudicium facientes opinionem habuerat, ille que
 nuper feruitum exierit, tanquam satellites sua-
 quoniam amorem, vna cum eo iam superstant & quæ
 quondam dormiente illo per infomniam tantum sol-
 uebantur, cum adhuc sub legibus paternis que pra-
 ceptis populari in seipso inflicte esset conditio-
 tandem verō amoris tyrannide irretitus, qualis rōd
 erat in somnis, talis semper erit vigilans. Nam cæde
 impia nulla abstinere, nec in glugue, nec facinorosis